

« Hæc sunt quæ hic opportune afferenda duximus, ut demonstrarem quomodo se gerere debeat episcopus, si aliqua nupta mulier monasterium ingredi, et religiosum institutum profiteri velit; nimirum, quando, et qua ratione, illius instantiæ valeat obsecundare. Quæ tamen nullatenus obstant, quominus, si peculiare alicujus facti circumstantiæ temperamentum aliquod, vel generalis regulæ relaxationem exposcere videantur, Apostolicæ Sedis auctoritas imploretur, quæ ex legitimis causis potest, consuevitque opportunas dispensationes indulgere. Quemadmodum mox supra monuimus, probato adulterio, si uxor adultera, saniore inito consilio, se religioni devoteat, non eo onere gravatur vir, licet junior, ut monachus fiat; sed satis est ut simplici castitatis voto inter sæculares se obstringat. Turbavit id aliquando non neminem, qui ad Sanctam Sedem duplex confugit, ut a præfati voti nuncupandi onere fieret immunis, fortasse etiam pertimescens, ne, mortua quocumque in claustris uxore, adempta sibi esset facultas transeundi ad alias nuptias. Cum enim uxor, quæ consensit, virum sacro ordine initiari, eo e vivis erepto, prohibeatur alteri nubere, ut constat ex can. *Seriatim*, distinct. 32, et, si quod ab ipsa attentetur matrimonium ecclesiasticis sanctionibus irritum fiat, uti videre est apud Sanchez, *De matrim.*, lib. vii, disp. 40, per tot., dubitari non omnino temere posset, num idem quoque pronuntiandum esset in altera facti specie, qua, uxore solemniter professa, simplici castitatis voto per virum nuncupato, vellet hic, post illius mortem, ad alias nuptias convolare: par enim ratio inesse videtur utriusque speciei, nimirum reverentiæ habendæ erga solemne votum, licet ab altero conjugate emissum: quam rationem innuit S. Thomas in 4 sentent., distinct. 37, quæst. 1, art. 2, ad secundum. Quod si hujusmodi ratio non satis idonea

vit facultatem ingrediendi in monasterium, et in eo professionem regularem emittendi, licet vir in sæculo remaneret, delata fuit instantia ad hanc sac. congregationem, quæ die 20 Junii 1682 noluit annuere petitis; ex relatione etenim episcopi deprehendebatur, quod oratrix fuerat pluribus prostituta, jubente viro; cumque nova supervenisset ordinarii informatio, in qua retulit non subsistere in facto, vel saltem, quod non aderant probationes judiciales de leocinio, quod supponebatur a viro patratum, sacra congregatio jussit, quod causa describeretur in folio, factaque descriptione die 14 Novembris 1682 propositoque dubio: « An oratrici indulgendum sit, ut viro in sæculo permanente, professionem in monasterio convertitarum emittere valeat, responsum fuit affirmative, emisso per virum castitatis voto, et proinde S. congregatio benigne indulget oratrici, ut, veris existentibus narratis, regularem habitum in monasterio convertitarum civitatis Januæ suscipere, in eoque, servatis aliocum servandis, professionem emittere pro arbitrio, et prudentia emin. domini cardinalis Spinola episcopi Lucen. libere, et licite valeat, » uti habetur lib. xxxiii *Decret.*, fol. 473.

Addunt doctores, quod jura prohibentia professionem seu mutationem status alterius conjugis,

censetur, initum tamen matrimonium semper esset illicitum, propterea quod votum castitatis, licet simplex, oporteat esse perpetuum. Itaque in proposito casu, allato episcopi testimonio de religiosa vita, probatisque moribus oratoris, datum ipsi fuit, ut præfato voto non emisso, liber inter sæculares versaretur: hicque fuit exitus præindicatæ causæ *Januen.* quamvis antea decretum fuisset, ut vir votum simplex castitatis voveret in sæculo, si uxor adultera regularem emitteret professionem. Hæc omnia, dum in minoribus secretarii congregationis munere fungeremur, collegimus in foliis a nobis editis in causa *Ulyssiponensi* 22 Novembris et 6 Decembris 1727, uti videre licet tom. IV *Theauri resolutionum* (91). Sacri enim canones adigunt quidem virum ætate florentem ad professionem in monasterio nuncupandam, vel, quatenus in propecta jam ætate constitutus sit, ad emittendum in sæculo simplex castitatis votum, dum uxor religiosum institutum amplectitur; at non tunc, cum jura matrimonii sunt læsa; si enim hujusmodi jura ab uxore per adulterium læsa fuerint, quod tunc juniore viro in sæculo manenti imponitur onus emittendi simplex castitatis votum, præscriptum dici debet ad quamdam veluti tutiorem cautionem; cui quidem stricto jure locus non est, quoties anteacta viri vita nullam futuræ incontinentiæ suspicionem ingerit. Insuper olim, proprio instante episcopo, dispensatio concessa fuit bene merito viro, sexagenario majori, ut sacerdotalem gradum ascendere posset, dummodo ejus uxor, quæ octavum et quinquagesimum agebat ætatis annum, perpetuam castitatem voveret, absque eo quod monasterium ingrederetur et professionem emitteret regularem, cum cæteroquin ipsa eximium honestatis specimen semper præbuisset. Hujusmodi indultum concessum fuit nobili viro Parisiensi in congregatione habita 6 Maii

altero in sæculo remanente, loquuntur in casibus in quibus matrimonium integrum et illæsum perseverat, secus autem, quando jura sunt læsa et diminuta propter adulterium. Rursus, sicuti commissio per alterum ex conjugibus notorio adulterio, conjux innocens, etiam invito adultero, potest ad religionem transire, juxta textum in can. *Agathosa*, quæst. 2, in cap. *Constitutus*, et in cap. *Veniens*, de conversione conjugatorum, sic licitum est innocenti, quamvis in sæculo remanenti, concedere facultatem adultero, ut transeat ad religionem, juxta plene relata per Lezan., *loc. cit.*, n. 15.

His stantibus dignabuntur EE. VV. decernere
« An, et quomodo petitis sit annuendum.

« Posse permitti Mariæ Victoriæ, ut monasterium ingrediatur, et in eo professionem regularem emittat, accedente consensu viri canonice præstando, et accedente voto continentiæ ab eodem emittendo, donec uxor vixerit. » Sic in *Theol. resol.*, tom. II, pag. 163, 164.

(91) Sunt porro hujusmodi: *Ulyssiponen. orientalis*. Isabella Ventura Fernandes, an. 1708 matrimonium per verba de presenti contraxit coram parochio, et testibus cum Jeanne de Albillos, et ex eodem matrimonio nati sunt filii.

Ab Hispaniis, ubi contractum fuit matrimonium,

1645, uti videre est lib. xvii *Decretorum*, pag. 471, a terg. Nos ipsi quoque, allatis precibus defuncti cardinalis de Almeida patriarchæ Ulyssiponensis, audito prius voto officii nostri Penitentiariæ, non recusavimus facultatem facere spectato viro, licet ætate non admodum propecto, conscendendi ad

conjuges se transtulerunt ad regnum Portugallæ, et postquam per aliquod tempus habitaverunt in civitate Ulyssiponensi, marchio de Gowa captus amore Isabellæ, cum ea per plures annos habuit carnale commercium.

Post hoc tempus se voluit marchio liberare ab illicito contubernio, utque id exsequi posset, Isabellam induxit ad suscipiendum habitum monasterii in monasterio Sanctæ Monicæ ordinis S. Augustini, et ad emittendam in eo professionem ante expletum annum novitatus, obtento, uti supponitur, brevi; nec in hac re defuit consensus Joannis viri, qui tamen, licet esset ætatis annorum 33 nec professionem regularem in aliquo virorum monasterio emisit, nec castitatem in sæculo promisit.

Professio emissa fuit anno 1718 et marchio mortuus est anno 1725, et sub fundamento, quod professio ab Isabella emissa fuisset per vim, et metum ipsi a marchione incussis, et quod consimili modo extortus fuisset Joannis consensus, supplicatum fuit pro restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii, datisque litteris ad vicarium capitularem Ulyssiponen., confectus fuit ab eodem processus super prætensa nullitate professionis, et in præsentia dubia disputanda proponuntur, et instantiæ uxoris adhaeret Joannes vir, qui auditu obitu marchionis, ad civitatem rediit Ulyssiponen., a qua ejus timore discedere coactus fuerat.

Quoad vim et metum, idem testibus innititur, atque conjecturis in scriptura, et summario legendis, et quoad cæteras facti circumstantias faciunt sequentes juris propositiones.

Prima est, quod post consummatum matrimonium non potest uxor ingredi monasterium, et in eo religiosam professionem emittere, nisi accedat consensus viri, text. in can. *Si dicat*, et in can. *Mulier* 35, quæst. 5, et facit text. in cap. *Cum causam*, de raptoribus, ibi: « Præterea, cum post matrimonium, carnis commistione perfectum, teste Apostolo, uxor sui corporis potestatem non habeat, sed maritus, et e converso, si præcessisse matrimonium vel ex probationibus viri, vel ex mulieris confessione claruerit, postmodum sine assensu viri non potuit ipsa monasterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. »

Secunda est, viri consensum liberum esse dehere, uti probat text. in cap. *Accedens*, de conversione conjugatorum, ibi: « quæ propter multa verbera, et alia gravamina, quæ dictus vir inferebat eidem, se ipsam asserens dimissuram, annuit votis ejus; » et concordat textus in can. *Notificasti* 33, quæst. 5, ibi: « non enim violentia, sed ex pari voluntate, et consensu, sicuti sancti Patres dicunt, hoc fieri debet. »

Tertia est, transeunte conjugate ad religionem, et in eadem proficiente, oportere, ut alter religionem ingrediatur, et in ea profiteatur, si sit juvenis, et si fuerit senex, tolerari posse, ut in sæculo remaneat cum voto simplici castitatis. Text. in cap. *Cum sis*, de convers. conjugat., ibi: « inde est, quod auctoritate Apostolica prohibemus, ne in episcopatu tuo virum, vel uxorem, nisi uterque ad religionem migraverit, transire permittas. Verum, si ita uxor senex est, et sterilis, quod sine suspitione possit esse in sæculo, dissimulare poteris, ut ea in sæculo remanente, et castitatem promittente, ad religionem transeat vir ejusdem; » et concordat alius text. in cap. *Uxoratus*, eod. tit., excepto casu in quo matrimonii jura læsa essent per adulterium; tunc enim, accedente sola licentia conjugis vere

sacros ordines, dummodo uxor simplex castitatis votum coram cardinali patriarcha nuncuparet, postquam tamen se in aliquod monasterium recepisset, cavissetque idonee se professionem emissuram, cum primum congruam dotem monasterio persolvendam fuisset consecuta. Denique, cum Panormi-

innocentis, qui nec directe, nec indirecte adulterio ejus cooperatus est, potest conjux adulter religionem profiteri, licet innocens in sæculo remaneat, nec emittat solemnem professionem, si sit juvenis, nec faciat simplex votum castitatis, si sit senex; Sanchez, *De matrimonio*, lib. x, dist. 10, n. 15, et facit resolutio hujus sac. congreg. in *Januen.* 2 Maii 1722, in qua cum responsum fuisset pro facultate uxoris adulteræ emittendi professionem, marito in sæculo remanente cum simplici voto continentiæ, in subsequenti congregatione, habita die 25 Maii ejusdem anni, responsum fuit pro absolute conjugis innocentis a voto simplici continentiæ, et pro libertate absolute, et simpliciter in sæculo remanendi.

Quarta est, validam esse professionem emissam de conjugis consensu, licet hic remaneat in sæculo, et sic nec professionem regularem emittat, si sit juvenis, nec emittat votum simplex castitatis, si sit senex. Textus in can. *Agathosa* 27, quæst. 2, ubi Pontifex validam censet professionem disjunctive, hoc est, vel si conjugatus consensum præstitit, vel si conversus est, ibi: « Agathosa latrrix præsentium questa est, maritum suum contra voluntatem suam in monasterio Urbici abbatis esse conversum, quod quia ad ejusdem abbatis culpam et invidiam, non est dubium pertinere, experientiæ tuæ præcipimus, ut diligenti inquisitione discutias, ne forte cum ejus voluntate conversus sit, vel ipsa se mutare promiserit, et si hoc repereris, et illum in monasterio remanere provideas, hanc, sicut promisit, mutare compellas; » et concordat textus in cap. *Ex parte*, de convers. conjugat., ubi deciditur nullum esse matrimonium contractum ab eo, qui professionem regularem emiserat de consensu uxoris, et, ea mortua, aliud contraxerat matrimonium, infertur enim validam fuisse professionem cum sola licentia uxoris, alias pronuntiarum non potuisset pro nullitate secundi matrimonii.

Quinta est, magnum dubium esse, an qui consensum præstitit, et nec regularem professionem, si sit juvenis, nec votum simplex castitatis, si senex, emisit, habeat jus revocandi professam cum ejus simplici licentia. Affirmativa quippe responsio probatur per text. in cap. *Præterea*, de convers. conjugat.: « Utrum laicus uxoratus, qui præsentibus sacerdotibus et monachis, ignorante episcopo, de licentia et permissione uxoris monasterium ingressus professionem fecit, uxore in sæculari habitu remanente, nec transeunte ad religionem, aut perpetuam continentiam vovente, ab episcopo suo possit ad thorum revocari uxor, an illa compellenda sit continentiam observare. » Ecce casus ejus qui professionem emisit cum sola licentia conjugis, absque eo quod hic in sæculo remanens, vel professionem emittat, vel faciat simplex votum castitatis, et in hoc casu sic a Pontifice respondetur: « Dicimus quod nisi uxor in religionem transierit, aut perpetuo castitatem servare promiserit, vir potest et debet de monasterio revocari. » At nonnulli distinguunt inter manentem in sæculo, et conscientium juris disponentis, conjugem non posse profiteri, nisi licentiam concedens voveat castitatem, si sit senex, et si juvenis, ingrediatur religionem, et ignarum hujus dispositionis juris, ita ut in primo casu non sit permissa revocatio, secus in secundo, dummodo tamen ignorans dispositionem juris fuerit uxor et non vir, utpote qui per igno-

tanus archiepiscopus retulisset, se in dice-
cesi reperiisse virum et mulierem conju-
ges, ex quibus, cum ambo affecta valetudi-
nis essent, et septuagenariam aetatem prope
attingerent, vir quidem sacerdotali ordine

rantiam juris excusari non potest, uti late probat
Sanchez, *De matrim.*, lib. vii, disp. 53, n. 14. Alii
autem hanc distinctionem impugnant et contendunt
locum esse revocationi, sive adfuerit, sive non, co-
gnitio dispositionis juris; Pont., *De matrim.*, lib.
ix, cap. 12, n. 4 et 5, et conjux, qui, non obstante
valida professione, ad saeculum revocatur, non pos-
test petere, sed tantum reddere debitum, et mortuo
revocante, tenetur ad religionem redire, juxta citat.
text. *Ex parte*, *De convers. conjugat.*; ibi: « ea ta-
men sublata de medio, votum sine salutis suae peri-
culo non potuit violare... »

His stantibus dignabuntur EE. VV. decernere:

« 1. An constet de causis restitutionis in inte-
grum, ita ut sit declaranda nulla professio, et qua-
tenus affirmative... »

« Non proposita. » Tom. IV *Thesaur. resolut.*,
pag. 151.

« *Ulyssiponen. Orientalis.* Juxta exposita in folio
praecedentis Congregationis, benigne reassumendo,
Isabella Ventura Fernandes uxor legitima Joannis
de Albillos, post illicitum commercium habitum
cum marchione de Govvea, professionem regularem
emisit in monasterio Sanctae Monicae ordinis S. Au-
gustini, de consensu viri sui, qui in saeculo per-
mansit, et nec regularem professionem, nec votum
simplex castitatis emisit; eademque Isabella, mortuo
marchione, instat pro declaratione nullitatis suae
professionis, et uxoris instantiae adheret vir, qui
conjugem suam, licet professam repetit; et potissi-
mum fundamentum constituitur in vi, et metu in-
cussis a marchione, tum Joanni, ut daret assensum,
tum Isabellae, ut professionem emitteret, super quo
puncto dignabuntur EE. VV. solita maturitate per-
pendere, an ex deductis in summario consurgat legi-
tima probatio vis, et metus, vel potius opus sit
demandare coadjuvationem probationum.

At quia supposita validitate professionis quoad
mulierem, suppositoque libenti consensu praestito
per virum, adhuc dubitari potest, an ipse, qui per-
mansit in saeculo, et nec professionem regularem,
nec votum simplex continentiae emisit, uxorem suam
repetere valeat, reversuram ad monasterium, qua-
tenus ei supervivat, juxta textum in cap. *Ex parte*,
De convers. conjugat., operae pretium esse censui
sequentia adnotare.

Ut uxor transeat ad religionem, et in ea profitea-
tur, oportet ut vir religionem ingrediatur, et in ea
profiteatur, si fuerit juvenis, et si fuerit senex,
oportet ut in saeculo emittat votum simplex castita-
tis, juxta text. in cap. *Cum sis*, in cap. *Uxoratus*,
De convers. conjugat., et si maritus dederit assen-
sum suum, sed nec regularem professionem, nec
votum simplex castitatis emisit, potest uxorem
suam repetere, et eadem ipsi restituenda est, saltem
officio judicis, juxta litteralem text. in cap. *Præ-
terea*, *De convers. conjugat.*, in praecedenti folio re-
latum.

Torquet hic textus ingenia doctorum, quocirca
nonnulli scribunt, eum procedere in casu, in quo
vir dedit consensum per vim et metum, et alii
communiori calculo dicunt, illum sibi vindicare
locum, quando maritus, qui dedit consensum, igno-
ravit dispositionem juris, quae vult, ut ipse in tali
casu, vel voveat castitatem in saeculo, vel religio-
nem ingrediatur, secus vero, si praedictam juris
dispositionem scivit: et ad ulteriora procedendo,
dicunt juris ignorantiam praesumi, et suffragari
uxori, sed nec praesumi in viro, nec suffragari viro,
qua distinctione attenda, non posset Joannes re-
petere Isabellam, licet ipse nec regularem pro-

insigniri expostulabat, ac uxor, licet in id
consensum ultro praebere, tamen ad id
tantummodo et vix quidem, adduci poterat,
ut Tertiariae habitum indueret; cumque ar-
chiepiscopus pro dispensatione supplicaret,

fessionem, nec votum simplex castitatis emisit.

Theorica hæc auctorem habet Abbatem, qui in
cit. cap. *Præterea*, sub n. 4. habet: « Procedit ergo
iste textus, ubi uxor erat istius juris inscia, et po-
test argui per istum textum, quod in hoc casu ex-
cusat mulierem ignorantia juris; » et sub n. 8:
« Etiam crederem, quod si dans licentiam sit con-
scius juris, quod tunc non fiat illa reductio, quia,
ut supra dixi, dando licentiam, tacite videtur vo-
verat. » Abbatem alii sequuntur, quibus latissime
adhaerent Sanchez, *De matr.*, lib. vii, disp. 53,
n. 14; Pirhing., ad l. iii *De ret.*, tit. 52, § 2, n.
14; P. Schmalzgrueber, ad eumd. tit. n. 36.

At alii praedictas qualificat explicationes tam-
quam divinatorias, cum ex allegato textu nullum
pro illis deduci possit fundamentum, quocirca ab-
solute et indistincte docent, posse uxorem profes-
sam revocari a viro, qui suum liberum dedit assen-
sum, sed nec votum simplex castitatis nec profes-
sionem regularem emisit, cum praedictus assensus
licet libere praestitus, ab Ecclesia non acceptetur,
nisi fuerit vallatus, vel professione religiosa, vel
voto simplici continentiae in saeculo, quemadmo-
dum latissime ostendunt Suarez, *De religione*, tom.
III, l. vi, cap. 7, n. 12 et seqq.; Perez, *De matrim.*,
disp. 58, sect. 4, n. 10; Pont., *De matrim.*, lib. ix,
cap. 12, n. 4 et 5.

Ad partes ergo posita praedicta distinctione, alia
subingreditur inspectio consistens in adulterio com-
misso ab uxore, remanente videndum an in casu
professionis, quae ab uxore adultera fit de consensu
viri, necesse sit ut ipse vel religionem ingrediatur,
vel votum simplex continentiae in saeculo emittat,
ita ut, his non peractis, valeat ipse uxorem suam
repetere, licet de suo consensu professam.

Sermonem habendo de hoc articulo, de jure esse
videtur, quod si vir uxori dedit proximam causam
adulterandi, ut quando expresse, vel tacite concessit
eidem facultatem adulterandi, aut quando conscius
adulterii non prohibuit, cum posset sine suo gravi
detrimento, aut quando sciens adulterium, sponte
reddidit debitum, vel petiit, tunc omnino necesse sit,
quod ultra licentiam profitendi, ipse, si sit juvenis,
emittat professionem regularem, vel si senex, vo-
tum continentiae in saeculo, ut bene perpendit Lez-
zana, consul. 50, n. 18, 19, cui deferendum esse vi-
detur, cum interfuerit congregationi super hoc ar-
ticulo habita coram sanctae mem. Innocentio X, et in
nostra facti specie circumstantiae expositae non viden-
tur contemnendae, cum Isabellae, et Joannes scenicam
exercerent, uti habetur ex informatione ordinarii.

At si praedictae desint circumstantiae, et vir revera
innocens sit, tunc communis esse videtur doctorum
assertio, sufficere licentiam innocentis, nec opus esse,
ut ipse, vel religionem ingrediatur, vel emittat in
saeculo votum continentiae, ex quo jura canonica quae
ingressum in religionem seu regularem profes-
sionem, vel votum simplex castitatis in saeculo expo-
scent, procedunt in terminis, in quibus jura matri-
monii sunt integra, et illasa, secus autem quando
sunt laesa et diminuta; Sanchez, *De matrim.*, lib.
x, num. 15; Lezzana, cit. cons. 50, num. 15; Dia-
na, in editione coord., tom. II, tract. 6, resolut.
226, num. 2; Layman, Castropalao, Pirrhing, cit.
tit. 52, lib. iii *De ret.*, Anaclet., ad eumd. tit.,
num. 28; Reginald., Donat., in *Praxi rer. regul.*,
tom. II, p. II, tract. 5, quaest. 17, num. 7.

Hæc quoad scripta doctorum; quoad praxim vero
sacrarum congregationum, in particulari congrega-
tione habita coram san. mem. Innocentio X, de qua
supra, cum disputatum fuisset, an mulier adultera

re ad congregationem Concilii delata, hæc
quidem pro dispensatione votum tulit,
hæc tamen superaddita conditione, ut vir,
uxorque diversas omnino aedes incolerent:
uti cernere est in resolutione edita 20 Maii
1732, quæ nostris litteris in forma brevis,
datis 13 Septembris ejusdem anni, fuit confir-
mata. Tunc autem necessaria habita fuit
dispensatio, propterea quod in Decretali
Conjugatus, *De convers. conjug.*, cautum
legatur: « Nullus conjugatorum est ad sa-
cerdos ordines promovendus, nisi ab uxore
continentiam proficiente fuerit absolutus; »
relata autem verba « continentiam profi-
tente, » minime congruere visa sint Tertia-
riarum instituto, quod uxor amplecti cupie-
bat. Superaddita vero fuit cautela distinctas
inhabitandi domos... » *De syn. dioces.*, l. XIII,
c. 12, n. 10 et seqq. Vide insuper v. CONJU-
GES, CONJUGIUM.

ARTICULUS II.

*Moniales quoad ea quæ concernunt earum
numerum, dotem, peculium, et libellum.*

SUMMARYUM.

1. In unoquoque monasterio ille praefigendus est
monialium numerus, qui ex redditibus, vel consuetis
elemosynis commode sustentari valeat. — 2. Num-
erus monialium praefigendus est etiam in mona-
steriis bona immobilia non possidentibus. — 3. Num-
erus monialium praefigendus est ab episcopo in
monasteriis non exemptis: et in monasteriis exem-
ptis, et regularibus subjectis praefigendus est ab
episcopo cum interventu superiorum suorum. — 4.
Numerus monialium praefigendus est et servandus,
etiam si omnes moniales consentirent velle recipi
supra numerum cum elemosynæ duplicatae solu-
tione. — 5. Alias, attento jure antiquo, receptio,
et professio monialis supra numerum in monaste-
riis non mendicantibus esset nulla; quamvis tamen
hodie tale jus sit consuetudine abrogatum, et talis
receptio et professio sit valida. — 6. Numerus
monialium debet esse saltem duodecim. — 7. Nec

de consensu viri sui posset professionem regularem
emittere, marito in juvenili aetate constituto, et non
valente propter infirmitates ordines sacros recipere,
nec emittere professionem regularem, pontifex, au-
ditis votis theologorum, respondit, quod constituto de
adulterio, uxor professionem emitteret, « marito in
saeculo manente, » solo voto continentiae emisso,
uti habetur apud Lezzanam cit. cons., n. 1 et 27.

In hac sacra congregatione, cum in quadam causa
Lucana uxor adultera peteret facultatem emitten-
di professionem regularem, marito in saeculo reman-
ente, die 20 Junii 1682, responsum fuit *negative*,
cum diceretur eam fuisse a viro prostitutam, sed
superventa informatione ordinarii, in qua dixit,
suppositum praedictum non subsistere, descriptaque
causa in folio, die 14 Novembris 1682, recessum fuit
a decisio, et data fuit facultas uxori emittendi pro-
fessionem in monasterio convertitarum, « sed emisso
per virum castitatis voto, » uti habetur lib. XXXII
Decret., fol. 470.

Anno 1693. Cum mulier Ferrariensis deprehensa
fuisset in adulterio, et vir judicialiter institisset
pro divortio, et uxor habito consensu viri, petisset
facultatem profitendi in monasterio convertitarum,
re delata ad hanc sac. congregationem, hæc die
2 Maii 1693 facultatem concessit, « accedente con-
sensu viri denuo in forma juris valide praestando, »
uti habetur lib. XLIII *Decret.*, fol. 225.

Anno 1722. Cum quadam mulier Januensis con-

numerus monialium debet esse major numero
cellarum. — 8. In praefixione numeri distingui de-
bent separatim quot debeant esse moniales velatae,
quot conversae, et quot aliae personae extrae mo-
nasterii redditibus sustentandae. — 9. Numerus con-
versarum calculatur ad unam pro septem monia-
libus; sed choralium regulatur secundum proventus
monasterii. — 10. Reditus ut plurimum requirantur
trigenti aurei pro qualibet: in quibusdam locis
quingenti; in aliis viceni quini. — 11. Inter hos
tamen reditus non sunt computanda lucra monia-
lium, licet ponantur in communi. — 12. Ubi exitus
major est introitu reducitur numerus ad propor-
tionem, prohibendo ne interim recipiantur ad ha-
bitum, nisi cum licentia sac. congr. et dote dupli-
cata. — 13. Adest prohibitio vestiendi et profitendi
in monasteriis, ubi non est numerus praefixus. —
14. Numerus augeri non potest ab ordinario sine
licentia sacrae congregationis. — 15. Monialis su-
pranumeraria non potest admitti sine licentia sacrae
congreg. — 16. Moniales supranumerariae remanent
semper supranumerariae, in ceteris tamen sunt om-
nibus aliis aequales. — 17. Loca monialium intra
numerum decedentium non possunt concedi, aut
promitti cuiquam puellae ante vacationem, sub gra-
vissimis poenis. — 18. Moniales velatae absque dote
non debent admitti; conversae vero aliquando pos-
sunt admitti sine dote propter necessitatem mona-
sterii. — 19. Dotales elemosynae debent solvi in
aere, nec potest permitti assignatio bonorum sta-
bilitium, aut censuum. — 20. Et nullatenus apud
consanguineos monialium sunt relinquendae, sed
antequam puellae habitum suscipiant, sunt depo-
nendae apud mercatorem, seu virum fide et facul-
tatis idoneum, si non adsint banchi. — 21. Ordina-
rius compellere non debet, ut depositum fiat
coram ipso, sed sufficit sibi relationem fieri de per-
sona depositarii et notarii rogandi, etiam in mo-
nasteriis regularibus subjectis. — 22. Instrumen-
tum depositi rogari potest a quolibet notario ad ar-
bitrium monialium, dummodo exhibeatur copia
authenticæ in Cancellaria episcopali. — 23. Depo-
situm dotis debet esse effectivum, et non fictivum,
sive confessionatum; aliter in defectu, si episcopus
esset talis fictionis conscius, teneretur de proprio.
— 24. Depositarius, secuta professione, compelli
debet ad exbursandum pecuniam in commune de-

jugata se aliis prostituisset, et vir eam amplius reci-
pere nollet, propositum fuit in hac sac. congrega-
tione, an, stante consensu viri, posset ea profes-
sionem regularem emittere, licet vir constitutus in
aetate annorum 34, remaneret in saeculo, et pro-
testaretur, quod etiam ipse professionem regularem
emitteret, nisi propter ingravescentem aetatem geni-
torum, et eorum indigentiam id facere impediretur, et
sac. hæc congreg. die 2 Maii præd. anni *affirmative*
respondit, « accedente consensu viri canonice præ-
stando, et accedente voto continentiae ab eo emit-
tendo, donec uxor vixisset, » uti habetur lib. LXXII
Decret., fol. 195, a tergo. Sed habito subinde re-
kursu a procuratore viri, et ponderato inter sum-
maria precum lectorum in subsequenti congregat.
quod agebatur de viro ignaro, utpote fabro lignario,
et quod, teste ordinario, quicumque aberat metus
repetitionis uxoris, quodque votum simplex conti-
nentiae emittendum, injiciebat laqueum conscientiae
praedicti miserabilis, in subsequenti congregatione
responsum fuit pro abolitione oneris emittendi vo-
tum simplex continentiae in saeculo.

Ex his ergo, cæterisque per EE. VV. perpen-
dendis, dignabuntur ipsæ decernere:

« 1. An constet de causis restitutionis in integrum,
ita ut sit declaranda nulla professio, et quatenus
affirmative... »

« Dilata, et scribatur juxta instructionem. » Cit.
tom. IV *Thesaur.*, pag. 155 et seqq